

tionis causa fuit. Emissum singitur, de fundatione et dotazione monasterii Horreensis, ab Irmina, Dagoberti II filia. Illud Masenius, Annal. Trevir. t. I, pag. 350, se exscriptisse ait ex autographo, et editum vallatum sigillo, quod æri incidi curavit. Plures inde recusum juxta Masenii lectiones edimus. Diplomaticæ litis de hoc instrumento summa hæc est. Henschenius, De trib. Dagob. pag. 108, et Masenius, ubi supra, auctoritatem diplomatici tueri conati sunt, quam evertit Adrianus Valesius, Rer. Franc. t. III, pag. 231. Pro diplomate Papebrochius in auxilium Henschenii primum militavit, sed deinde, sententia in contrarium versa, magno apparatu, commentitiis instrumenti via in Propyl. antiqu. t. II, Act. SS. mensis Aprilis, part. I, cap. I, prosecutus est, quæ, adhibitis emendationibus tollere mititur Cointius, Annal. t. III, pag. 793. Fatetur vero Mabillonius, Annal. t. I, pag. 535, dubia admodum fidei esse instrumentum, quod toti falsi indicis scatet. Demum Eckartus, Franc. orient. lib. xv, 94, illud cum historiis conciliare totis viribus laborat, sed in eo frustra est. Videatur cæctiisse, cum ait in hoc diplomate apparere Irminam dotasse monasterium Horreense, non vero condidisse; expressis enim verbis ait Dagobertus illud suisse ab *Irmina filia sua constructum, et sanctimonialium coadunatione decoratum*. Jam autem anno 659 hujus monasterii abbatissam novimus nomine *Modestam*, teste Nova Gall. Christ., t. XIII, col. 612, nec ante annum 662 nasci potuit Irmina, fatente ipso Eckarto. Præterea Horreense monasterium, sic dictum a loco ubi conditum fuit in urbe Treverica, ab horreis ibi olim constitutis, ut dicit Mabill. de Re diplom. pag. 331, conditum suisse fortar a Modoaldo Trevirensi præsule, secundum Gesta episc. Trevir. t. IV, et Act. SS. Bened. pag. 554; sed is, teste Nova Gall. Christ., t. XIII, col.

A 385, anno 640 obierat, quod omnino diplomati fidem abrogat.

2. Non melioris notæ est diploma n. III, sub Dagoberti II nomine, quo tres curtes Argentinensi Ecclesiæ conceduntur. Pluries editum fuerat, sed decurtatum; donec æpe laudatus abbas Grandidier illud integrum vulgavit, in Hist. Argent. Eccl. t. I, prob. pag. 26, depromptum ex chartulario quod medio seculo xv exaratum dicitur. Inter alia falsi indicia quæ in notis nostris reteguntur, hoc præcipuum notabimus: ibi se filius orbatum proflitur Dagobertus, qui tamen hoc ideo donum Ecclesiæ Argentinensi contulit, scilicet pro gratiarum actione erga Arbogastum, Argentinensem episcopum, qui filium ejus, inter venandum calcibus equi prostratum, ad vitam revocaverat. Sic docet ipsius Arbogasti Vita ab Uthone, Argentinensi episcopo, saeculo x scripta, quam videre est in opere supra laudato prob. pag. 50; ergo, tunc illis non erat orbatus Dagobertus. Verum, cum de hac donatione constet Uthonis testimonio, hinc feliciter conjicit abbas Grandidier exstitisse hujus concessionis instrumentum, quod saeculo x viderat auctor Vitæ Arbogasti, sed, hoc deperdito diplomate, fictitium aliud confitatum fuisse quod habemus. Ex formulis arguit mos laudatus abbas, fabricatum fuisse saeculo xi, cuius eruditam de hoc diplomate dissertationem videsis in historia Ecclesiæ Argentinensis, pag. 52 et seq. Quod ecclesia Argentinensis in hoc instrumento nomine monasterii appellata sit, id vitio veri non debet; cathedrales enim ecclesiæ, imo ecclesiæ omnes, monasterii nomine non semel vocatae sunt, præcipue saeculo xi, teste Cangii Gloss., t. IV, pag. 896, et id confirmat hoc tempore confectum fuisse instrumentum quod expendimus.

S. DAGOBERTI II

FRANCORUM REGIS

ECCLESIASTICÆ PRÆCEPTIONES.

I.

Diploma quo Dagobertus thermas trans Rhenum, in pago Auriacensi, cum pertinentiis donat monasterio Weissenburgensi * (ann. 675).

Dagobertus, rex Francorum, viris illustribus duabus, comitibus, domesticis, vel omnibus agentibus [M. B., gentibus], tam præsentibus quam futuris. Illud ad stabilitatem regni, vel remedium animæ nostræ perdurare credimus, si petitiones [M. B., petitionibus] sacerdotum, quas [M. B., in quo] auribus nostris patefecerint, ad effectum perducimus. Ideo

* Quod hic subjicimus instrumentum pro Weissenburgensi monasterio a Dagoberto II emissum fuit, temporibus abbatis Radfredi, qui non ante annum 667 monasterium Weissenburgense rexit, vid. Nov. Gall. Chr. t. V, col. 715 et 742, jam ab annis viginti et amplius defuncto Dagoberto I. Hoc diploma typis mandaverunt Coccius, in Dagob. pag. 175; Heda, de episcop. Ultr.ject. pag. 18; Henschenius, de tribus Dagob. pag. 84; Vorburg, Hist. rer. Geru. t. VIII, pag. 242; Schannat, Vindein, litter. collect. I, pag. 5; Cointius, Annal. t. III, pag. 747; Laguille, Hist. Alsat. t. II, prob. pag. 2; Schœpflinus, Alsat. dipl. t. I, pag. 4, et hist. Zaringo Baj.

Cognoscat magnitudo seu nobilitas [M. B., utilitas, vestra, quia nos, ad suggestionem viri venerabilis Ratfridi abbatis, de monasterio Weissenburgo, balneas illas [M. B., balnea illa] trans Rhenum, in pago Auriacensi [M. B., Auriacense] sitas [M. B., sita], quas [M. B., quæ] Antoninus [M. B., Anthonus] et Adrianus quondam imperatores suo opere ædificaverunt, ad monasterium quod dicitur Weissenburg, et est constructum in honorem [M. B., honore] S. Petri, in pago Spirensi, visi fuimus concessisse cum omnibus, et cum ipsa marcha ad ipsas

t. IV, pag. 1; Collectores scriptorum rerum Francicarum, tom. IV, pag. 654. Nulli quem sciamus suspectum falsi, imo genuinum agnoscat Mabillonius, Annal. Bened. t. I, pag. 529; Grandidier, Hist. eccl. Argent. t. I, pag. 85, et prob. pag. 34; et ipse Schœpflinus. Hic autem, dum illud accuratius edit ex apographo membranaceo veteri, fatetur apographi stylum Carolingianam ætatem redolere, et conjicit Merovingici styli barbarum ab exscriptore temere emendatum fuisse. Illic sequitur diploma hoc, quile habemus, non omnino quidem sincerum dici posse, nec tamen commentitiis instruuntur anumerandum.

balneas [M. B., ipsa balnea] pertinente, quæ venit A sanctæ Dei genitricis ab Irmina filia nostra co-
struncto, et sanctimonialium coadunatione decorato, ex rebus proprietatis nostræ in pago Muriense, in
Marca Burensis, has villas Machera, Corniche, Balde-
bruno, Hildenesheim, Waleheim, Speia, Brunneche,
cum terris cultis et incultis, vineis, molendinis, pra-
tis, paseuis, silvis, aquis aquarumque decursibus,
viis et inviis, exitibus et regressibus, et quidquid
habuimus, legali autoritate contradicimus : ea scilicet
conditione ut pauperes Christi inde in reliquo
temporalia subsidia habituræ, æternæ vitæ subidia
nobis supplicationibus suis apud Deum possint pre-
parare. Præterea fidelibus nostris, tam presentibus
quam futuris, notum fieri volumus, qualiter dilectissima
filia nostra Irmina allodium suum, quod Lau-
B dunensi episcopatu in his locis Ludussa, Ancia, Bal-
bengeis, Wartengeis, cum omnibus appendiciis ad
eadem loca juste et legaliter pertinentibus, a sponso
suo Hermanno scilicet comite in doteam legali tradi-
tione suscepit, pro remedio auctiæ sue, et predicti
sponsi sui, ad idem monasterium quod vocatur Hor-
reum, cum xi mansis in ipsa Treverica valle abis,
et extra urbem, istis villis, Orava, Montzenfeldi,
Willarei, Routzuurt, Wintersdorff, Rubera, per
nostram manum cum omni integritate contradicit,
ea scilicet ratione ut sanctimoniales initib[us] Deo sa-
crae genitrici ejus perpetuiter fidelitatem, in
iisdem bonis nullius personæ, magnæ vel parva,
violentiam patiantur, sed vicium et vestitum inde
semper absque omni inquietudine consequantur. Et ut hæc præsens traditio, tam sua quam nostra, sta-
biliorem in Dei nomine semper possit habere firmi-
tatem, præceptum hoc inde conscriptum manu pro-
pria subterfirmavimus, et sigilli nostri Impressione
insigniri füssimus. Actum anno DCXXV incarnationis
dominicæ, indictione 4, vii Kal. Septembr., anno re-
gni Dagoberti ij. Treviris in nomine Domini felici-
ter. Amen.

H.

Diploma Dagoberti de fundatione monasterii Horreens-
sis b (ann. 675).

In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis. Dagober-
tus, divina præordinante providentia, rex. Si ecclæ-
siasticis negociis et servorum et ancillarum Dei util-
itatibus quæque necessaria providerimus, et de
nostris rebus aliquod beneficium conferre studueri-
mus, id nobis ad temporalis nostri regni statum,
et æterni promerendum præmium incunctanter cre-
dimus profuturam. Comperiat ergo omnium sanctæ
Dei Ecclesiæ fidelium præsentium et futurorum in-
dustria, quia rogatu dilectæ conjugis nostræ reginæ
Nanthildis, monasterio in Treverica valle, in honore

a. Aute Kal. Augusti, anno 674, Dagobertus II so-
lum concendiit, juxta Longueruum, Ann. Franc.
ad calcem t. III Coll. script. rerum Franc., pag. 691.
Ergo anno 675, die xj mensis Augusti, annum i
regni sui agebat.

b. Sæpe typis mandatum, scilicet a Bollandisiis,
t. II, April, pag. 6; a Cointio, Ann. t. III, pag. 793;
Masenio, Ann. Trevir, t. I, pag. 350; Hontemio,
Hist. Trevir. dipl. t. I, pag. 86; Henschieno, De
tribus Dagob., pag. 108; Calineto, Hist. Loth. t. I,
prob. pag. 242; Bertholeto, Hist. Luxemburg. tom.
III, pag. 71, etc. De ejus veritate magna apud eru-
ditos contentio. Valesius, Rer. Franc. t. III, pag.
134, commentitum esse judicat; Masenius hujus
sinceritatem totis viribus tuetur, et Dagoberti sigil-
lum, quo vallatum fuit, terti incisum exhibet. Hens-
chenius pro eo aliquandiu fortiter pugnaverat, et in
rodulis subsidium adfuerat Papelrochius; sed hic
quidquid in defensionem diplomatis scripsit postea
retractavit, ac spurium instrumentum fassus est.
Cointius corruptum quidem agnoscit, sed magno
sumpturn emendatnum pro legitime habendum arbitra-
tur. Falsi indicia certa sunt: noise chronologicæ ab
Incarnatione petitur; annus Christi 646, qui cum
anno ij regni Dagoberti perperam illigatur, sive Da-
goberto I, sive secundo hujus nominis regi diploma
tribuendum censeatur; nomen Nanthildis, quæ fuit

A sanctæ Dei genitricis ab Irmina filia nostra co-
structo, et sanctimonialium coadunatione decorato,
ex rebus proprietatis nostræ in pago Muriense, in
Marca Burensis, has villas Machera, Corniche, Balde-
bruno, Hildenesheim, Waleheim, Speia, Brunneche,
cum terris cultis et incultis, vineis, molendinis, pra-
tis, paseuis, silvis, aquis aquarumque decursibus,
viis et inviis, exitibus et regressibus, et quidquid
habuimus, legali autoritate contradicimus : ea scilicet
conditione ut pauperes Christi inde in reliquo
temporalia subsidia habituræ, æternæ vitæ subidia
nobis supplicationibus suis apud Deum possint pre-
parare. Præterea fidelibus nostris, tam presentibus
quam futuris, notum fieri volumus, qualiter dilectissima
filia nostra Irmina allodium suum, quod Lau-
B dunensi episcopatu in his locis Ludussa, Ancia, Bal-
bengeis, Wartengeis, cum omnibus appendiciis ad
eadem loca juste et legaliter pertinentibus, a sponso
suo Hermanno scilicet comite in doteam legali tradi-
tione suscepit, pro remedio auctiæ sue, et predicti
sponsi sui, ad idem monasterium quod vocatur Hor-
reum, cum xi mansis in ipsa Treverica valle abis,
et extra urbem, istis villis, Orava, Montzenfeldi,
Willarei, Routzuurt, Wintersdorff, Rubera, per
nostram manum cum omni integritate contradicit,
ea scilicet ratione ut sanctimoniales initib[us] Deo sa-
crae genitrici ejus perpetuiter fidelitatem, in
iisdem bonis nullius personæ, magnæ vel parva,
violentiam patiantur, sed vicium et vestitum inde
semper absque omni inquietudine consequantur. Et ut hæc præsens traditio, tam sua quam nostra, sta-
biliorem in Dei nomine semper possit habere firmi-
tatem, præceptum hoc inde conscriptum manu pro-
pria subterfirmavimus, et sigilli nostri Impressione
insigniri füssimus. Actum anno DCXXV incarnationis
dominicæ, indictione 4, vii Kal. Septembr., anno re-
gni Dagoberti ij. Treviris in nomine Domini felici-
ter. Amen.

uxor Dagoberti I, et dicitur in diplomate mater Ir-
minæ, quæ fuit filia Dagoberti II. Cointius notas
chronologicas ab Incarnatione repetitas expungit;
et nomen Mathildis, uxoris Dagoberti II, reponit pro
nomine Nanthildis, uxoris Dagoberti I. His positis,
satis operose astruit Irminam, anno 2 regni Dago-
berti II annum scatis decimum quartum agentem,
amisso inter ipsas nuptias sponso, velatam, potuisse
monasterium Horreense donis ditare, quæ Dagobertus
pater ejus suo diplomate confirmat hoc eodem
anno, qui, Augusto mense, concurrebat cum anno
Christi 675. Ex hac Cointii argumentatione hunc
annum præfigimus diplomati quod expendimus. Nec
ideo illud legitimis instrumentis annumerandum
pronuntiamus, cum in ipso et nota chronologicæ et
personarum nomina corrupta agnoscantur. Editio-
nem Masenii sequimur, qui diploma deproprietat et
archivio Horreensi. In exemplari quod Henschienus
ab Egidio Gelenio accepit, post mensis notam
legebatur: *Per manus Grimardi majoris-domus re-
giae, quæ regno Dagoberti II minime convenientes, se
projinde expungere jubet Cointius. Mabillonius, An-
nali. t. I, pag. 534, instrumentum tot mundia scatens
censet ad id tantum valere, ut inde innoteant at-
tique Horreensis monasterii possessiones. Sed quid
certi constare potest de antiquis possessionibus quæ
adeo dubiæ fidei instrumento sultæ sunt?*

III.

Diploma quo Dagobertus tres cartes concedit Argentinensis ecclesiae monasterio ^a (ann. 675).

In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis. ^b Tagebertus [Dagobertus], divina favente clementia, nobilissimus rex. Nolum sit omnibus sancte Dei Ecclesiæ fidelibus natis et nascendis, qualiter [quod] ego rex Tagebertus, exhereditatus [Dagobertus, exhereditatus], Christo velente [voluntate], propriis filiis, sanctam Mariam michi in hereditariam [deest apud Kœnigsh.] heredem acquisivi [accersivi], dous, in honore ejusdem matris Domini, ad Argentinensis ecclesie ^c monasterium tres curtes meas optimas et electas, quas ita discernebam a ceteris ut precessent cunctis [destant apud Kœnigsh.]; quarum una sita est in pago qui dicitur [deest apud Kœnigsh.] Bischovisheim, et in comitatu Chilcheim; altera in pago qui vocatur [deest apud Kœnigsh.] Rubiaca, et in comitatu Ilcibicha; tercia in pago qui nuncupatur [dicitur] Species, et in comitatu Bargense. Scilicet has supradictas cartes ad supradictum monasterium, cum servientibus, optimatibus, vel etiam equitibus ad easdem curtes pertinentibus, eo jure tradidi [ut omnibus annis vite sue ipsi et posteri eorum quatuor humeros ad legitimum censum dent ad eandem curtem qua visi sunt degere. Sed viiores servos ita dempti a supradictis, ut dent duodecim humeros, exceptis filiis: si qui liberales mulieres acquirant, eorum filii nullum censum reddant, sed tamen vivant eodem jure ut patres eorum. Insuper bannum eorum sit precium trium solidorum, nisi si que forte faciant contra monasterium, hoc emendent secundum gratuitam voluntatem illius loci procuratoris; nec tamen omnino expertes predii, neque proprie vite consistant. Super hec, Speciem curtim discrete

A cum servientibus michi ab aliis ita discernebam, ut quicumque a famulantibus michi servilior earent procreati, masculini sexus qui forent, nullum censum reddant; sed feminæ sexus etas, ut predictum est, legitimum censum persolvat. Post hec denum cuncta querere, quo consilio corpus, quin pocius anima, possim Deo et genitrici ejus commendare, me ad idem nonasterium, quandiu virissem, ejus pro gracia promisi servitum, ut ipsa me in die judicii commendaret ex se casualiter nato filio Domino nostro Iesu Christo, ac maxime, ideo ut liberales qui beneficia ab eis de certibus ex me habebant, meo pro causa suasionis, se eodem modo quo ego, se promisissent servituros, non serviliter, sed libera-
liberanter, legaliter jure virorum; potentes a me ut si B quid unquam fore fecissent, hoc faciliter emendarent dimidie partis quam ceteri liberales, quod et concessi. Sed et insuper, si quid emendare debuissent, in ad-
vocati ejus jure, cum septem solidis et semis satisfa-
ciant tamen ipsis laudantibus, quin pocias eundem advocationis constituentibus. Et si quis horum pro maxima culpetur culpa, si culpabilis sit, in maximo banno trigesinta solidos emendet; quin etiam, si unquam presul ejusdem loci quemquam horum contra se consilio vel facto etiam fecisse convincat, hoc emendet quasi liber vir. Si autem insons velit fieri, cum predicto jure liberalium inculpabilis fiat. Sed hiis liberalibus, qui se sua sponte pro mea suacione ad idem monasterium dederant, tale jus constitutum ut habeant liberam potestatem emendi, habendi, dandi, vendendi, et posteris eorum propria jura dimittendi, et nemo eos supradicat, nisi liberales in iisdem curribus degentes qui se in eo consilio eidem monasterio commendarent, et tamen ipsi supradicant, et justi-
ciam inveniant super omnes qui illuc subditi sint.

^a Primus vulgavit Coccius In Dagob., pag. 143, ex Codice membran. ms. ecclesiae Argentinensis, sed decursum valde; ex Corcio, Joan. Ph. Vorburg, Hist. Rer. Germ. tom. VIII, pag. 231; Henschenius, de tribus Dagoberti, pag. 84; Cointius, Ann. tom. III, pag. 748; Laguille, Hist. Alsat. prob. pag. 3; at Schilterus, Observ. ad Chron. Kœnigshorii, pag. 592, et Lüning, Spicil. eccles. tom. III, pag. 866, ex Chronico Argentinensi Kœnigshorii an. 1386 scriptio depromptum ediderunt: nullus ex his integrum. Tandem D. Grandidier ex chartulario membranaceo anno 1357 exarato jussu episcopi Argentinensis, et in tabulario civitatis Argentinensis reposito, totum exscriptis, Hist. eccles. Argentin. tom. I prob. pag. 26, et juris publici fecit. Illud ad ipsius fidem recu-
dimus, varia lectionibus ex Kœnigshorii Chronico inter uncos ascriptis. Manifesta falsi indicia post Cointium recenseret supra laudatus D. Grandidier, disserit. 4, pag. 85, quorum principis hæc sunt: 1° formulæ initiales insolite; 2° exhereditatum se filius proficeret Dagobertus, qui tamen bona loco diplomata Ecclesiae Argentinensi confert pro gratiarum actione, eo quod ab Argentinensi episcopo Arbogasto filius suus a mortuis hoc eodem tempore fuisset ex-
citatus, ut testatur ejusdem Arbogasti Vita, saeculo x scripta, ex vetustis Codicibus eruta ab eodem D. Grandidier, probat, pag. 50, cui concinit Chronicon Niwiomensis monasterii, xiii saeculo conslatum, et a Martenio, Anecd. tom. III, pag. 1128, editom; 3° Turaudi cancellarii nomen, sub prima stirpe regum

Franciæ prorsus incognitum, quod videtur mutuatum a Durando, qui sub Ludovico Pio vices cancellarii agebat; et hinc diploma de quo agimus decimo saeculo fabricatum fuisse conjicere pronum est; 4° for-
mula ad calceum adhibite hanc eamdem statim sa-
piunt; et ridiculam clausulam arguit Cointius, quæ
notas chronologicas exhibet ab incarnatione et in-
dictione petitas, ac regni Dagoberti annum numerat
trigesimum secundum, cum nullus hujus nominis rex Francorum tot annis regnaverit. Si vero libeat
spurium instrumentum alicui anno affigare ex syn-
chronismis, annum cum Cointio assignabilius 675. Liquet enim, tum ex Vita sancti Arbogasti, tum ex Chronico Noviomensi, emissum fuisse diploma, in
gratiam ecclesie Argentinensis, a Dagoberto II, cum
filius ejus a sancto Arbogasto, episcopo Argenti-
nensi, e mortuis suscitatus est; et id evenisse pluri-
bus annis ante mortem sancti Arbogasti. Is autem
jam decesserat anno 679, Gall. Christ. 2^o ed., t. V,
col. 781, et Dagobertus II regnum sumum recuperava-
rat circa mensum Angustum anni 674.

^b Tagebertus pro Dagoberto, et infra Turandus pro Durando legitur in chartulario Argentinensi, scilicet littera T in litteram D facile abiit, cum utraque sit ejusdem organi, ut diuini grammatici, et fore eadem sono efficerantur.

^c Monasterii nomine appellatur ecclesia Argenti-
nensis; cathedrales vero ecclesias sic appellatas fuisse
docet Cangius in Glossario, voc. Monasterium, t. IV
col. 895, et id exemplis confirmat.

Insuper, si qui sint qui in ejusdem monasterii portentis testam veniant liberaliter degentes tercio kalendas Marcii, postea in advocati jure et in liberalium viorum tueantur; et hinc predleti liberales nullum famulatum domino illius loci vel regi exhibeant, nisi ex eis beneficia habeant; ita etiam ut unusquisque loricatus vir decem mansus possideat, et tunc perget unusquisque illorum quocunque velint eos mittere, cum victa episcopi sive regis, ipsis laudantibus ministeria triumi villicationum. Si autem quisquam ex eis non habens beneficia exigatur in famulatum ipsius loci defensoris, trium ebdomadarum spacio perget in servicio ad defendendum regnum quarta iutante, si ei nolit beneficia dare, fiat in presencia ejus cujuscumque velit miles ^a. Acta sunt hec in Lienburg; et, ut hec [ea] a nobis facta credantur, et a posteris nostris non infrangantur, manu propria roboravimus [roboramus] et sigillari jussimus. [Signum domini Tageberti regis pli. Ego Turandus, cancellarius regis, ipso jubente, rescripsi. Acta sunt hec ^b] quarto nonas Aprilis, luna septima [decima], anno ab Incarnatione Domini DCLXII [DCCVI], [indictione quinta, regnante Dagoberto rege ^c], anno xxxij regni sui [nostri].

IV.

Diploma quo Dagobertus villam Germiniacum a patre suo Sigiberto concessam monasteriis Stabulensi et Malmundariensi confirmat ^d (ann. 677).

Dagobertus, rex Francorum, inluster vir. Illud nebis ad stabilitatem regni in Dei nomine provenire confidimus, si facta domni et genitoris nostri Sigiberti quondam regis, pro nostris oraculis in Dei nomine firmare deliberamus. Atque ideo vir venerabilis Goduinus, abbe de monasterio Stabulan et Malmundario, clementiae regni nostri suggestus, eo quod dominus et genitor noster Sigibertus rex, S. Remaclo ex villa enigmante Germiniaco, in pago Rhenense, ad supradicta monasteria quæ sunt in Arduenna, quæ ipse princeps suo opere construxit, ipsa villa Germiniacum, cum omni integritate, ap-

^a A verbis ut omnibus annis ad hæc relit miles, de- sunt in Kœnigsh. et aliis.

^b A verbo signum usque sunt hæc desunt apud Kœnigsh.

^c A verbo inductione usque rege desunt apud Kœnigsh.

^d Diu delituit instrumentum hoc magni pretii. Illud primum vulgavit, ex membranis Stabulensis et Bambergensis, Henschenius, in Trib. Dag. pag. 97; ex eo recuderunt Cointius, Annal. t. III, pag. 778, et Foppenus, Suppl. ad op. dipl. Miræ, t. III, pag. 282; Martenius vero, ampliss. Collect. t. II, col. 13, iterum edidit ex chartario Stabulensi et Malmundariensi depromptum, et ex Martenio Bertboletus, Hist. Luxemb. t. II, pag. 210, ac Collectores scriptorum rerum Francicarum, t. IV, pag. 657. Dagobertum, post mortem Sigiberti patris sui, in Scotiam relegatum fuisse scripserunt veteres historie nostræ scriptores, sed de ipsius in regnum restitutione alium silentium fuit, donec, seculo proxime elapo, variis argumentis critici hanc restitutionem docuerunt; at multo certius argumentum eruitur ex diplomate quod exhibemus. Lectionem Martenii sequimur. Germiniacum villam a Sigiberto donatam Stabulensibus et Malmundariensibus, jam diplomate suo confirmaverat Chidericus II, quod supra edidimus, col. 1291.

^e Apud Henschenium vox se ita scribitur quasi

foret vox mutua, quam integrum exprimit Cointius

voco serenitatem.

^f Typographorum oscitania corruptus locus. Illic et paulo infra legendum videtur patres ipsius monasterii, eodem sensu quo supra dicitur pars ipsius monasterii, quod nihil aliud sonat quam ipsum monasterium. Cointius emendat patres monasterii, non ita feliciter.

^g Legere jubet Martenius delectet. Sic Henschenius et recte.

^h Nulla nota chronologica; sed annus quo factis exemplaribus exhibitum est diploma Sigiberti Dagoberto regi, ad impetrandum confirmationem, his verbis notabatur in membranis Bambergensis et Stabulensis, teste Henschenio. Facta exemplaria sub die Kal. Aug. mense, iv regni domini nostri Dagoberti regis, id est anno Christi 677, die Augusti prima. Vid. Ann. Franc. Longuer. tom. III, Collect. Script. Rer. Franc. pag. 693.

A penditiis suis pertinentibus ad se, id sunt, molestandi duo sub uno tecto, cum aria super fluvio Seppia, vinea in Beterio cum vineatore, hoc totum vel ad integrum ad ipsa monasteria quæ sunt in honore patronis nostri S. Petri et Pauli, et S. Martini, vel sanctorum ceterorum qui ibidem ad ipsa loca venerari noscuntur, per suam præceptionem concessisse. Unde et ipsam præceptionem memoratus vir venerabilis Goduinus abba, suis etiam manibus roborata, nobis in praesenti protulit relegendam, et asserit quod pars ipsius monasterii ipsam rem superioris intimata tempore praesenti possidere vel dominari videntur; sed rei totius firmitatem nostram se petit, et plenius ex hoc ad suprascripta monasteria per nostram præceptionem in Dei nomine confirmare deberemus. Cujus petitionem, sicut unicuique justa potentibus, præstisset et in omnibus confirmasse cognoscite. Præcipientes enim ut, sicut constat per inspeciam præceptionem jam dicto principe, ipsa villa superioris intimata, cum omni integritate et soliditate sua, terminum ad eamdem, vel ipsa farrinaria, seu vinea cum vineatore, taliter per suam præceptionem ad ipsa loca sanctorum visus est concessisse, et hoc ad praesens ⁱ pares ipsius monasteria possedisse vel dominari videntur; ita deinceps per hanc præceptionem nostram, tam terris, casis, mansis, municipiis, sedificiis, cum vineis, campis, pratis, silvis, cultis et incultis, aquis aquarumve decursibus, plenius in Dei nomine confirmatum, ita ut pares predicti monasterii hoc habeant, teneant atque possideant; et ipse Goduinus successoresque sui pereannis temporis hoc valeant possidere vel dominari, qui potius monachis qui ibidem ad ipsa monasteria deseruire videntur, vel pauperes qui ad ipsa loca sanctorum alimonias expectantur, melius eos ^k delectorum pro stabilitate regni nostri, Domini misericordiam attulit exorare. Et ut haec præceptio pleniorē obtineat, Dei nomine, nostris et futuris, auxiliante Deo, temporibus vigorem manus nostras subscriptionibus super eam decrevimus ^l adfirmare.